



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 459. Leonis Pap. Annus 20. Leonis 3. Maioriani 3. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

Ecclesiasticam disciplinam, adiecit animum; simulque ad impurum illum in usorem Ecclesie Alexandrinę pellendum, vna cum legatis Apostolice sedis a Leone Pontifice missis, omne studium curamque prudenter adhibuit. Ad hac autem omnia prestantia, Concilium in sequentem annum Constantinopoli celebrandum indixit, de quo suo loco dicendum.

XXXIV ANASTASII EPISCOPI HIEROSOLYMITANI

Hoc eodem anno secundo Leonis Imperatoris (vt anno superiori dictum est) in locum Iuuenalis Hierosolymorum Episcopi successit Anastasius ex presbytero illius Ecclesie vasorum custode: ordinatus quidem, secundum Apostolum, precedentibus prophetijs. Quam autem ha fuerint, accipe a Cyrillo in rebus gestis S. Euthymij Abbatis ab eo confectis, qui ait: Sequenti autem anno Iuuenalis quidem Patriarcha, XLV. anno eius Patriarchatus, ex hac vita excedit: Anastasius vero compuni omnium suffragio ad fidem illius promotus, de quo Euthymij fuerunt predicationes, & de eo vera promissiones. Quarum vltimam recordatus Phidum, qui in Lauram cum ipso accesserat, & illas audierat predicationes, ordinat diaconum. & rursum ad magnum illum mittit Euthymium vna cum custode Crucis, & propheta significans euentum, & rogans, vt sibi permitteretur ad eum descendere. Is autem hac dat responsa: Ego quidem semper desidero vestram videre perfectionem, & sic lucrum consequi spirituale: sed prior quidem vestra aduentus erat ab omni turba remotus, & separatus ab omnibus nequitijs: nunc autem vestri magistratus magnitudo dat vobis alium locum & ordinem, Deo ita volente, quam admodum longe meam superat imbecillitatem vestra scilicet presentia. Rogo ergo te, ne amplius vixeris hoc iter suscipiendo: sin minus, ego quidem te venientem prompto & alacri animi studio accipiam; & deinde necesse erit, vt non posim alios amplius repellere; nec potero amplius deinceps hic versari, vt qui ab eorum, qui accedunt, hic sim comprimendus multitudinem. ha ad Anastasium Patriarcham S. Euthymius; cuius de eo precedentis prophetias, quas te cupete scio, lector, ex eodem auctore hic describamus.

XXXV FR. ADICTIONES EUTHYMIUS EPISCOPI PATY ANASTASII

Euthymium (inquit Cyrillus) videre valde desiderabat Anastasius, cuius fidei credita erat custodia sacrorum v. g. v. sancta Resurrectionis Ecclesie, erat que Corępiscopus, fuit, simul discipulus & imitator S. Passarionis. Cum ergo teneretur tanto eius videri desiderio, Phido Ioppes Episcopo, & Cosina, cuius munus erat custodire Crucem illam pulchram communitat cupiditatem. Cumq; eos assumpisset, quoniam etiam quos, Phidum Phidi Episcopi nepotem (erat autem is adhuc atate inuenis, & in choram lectorum cooperatorem, qui etiam Cyriaco hac tradidit & narravit) cum is profectus ad magnum Euthymium. Postquam autem fuerunt iam prope Lauram, ab alijs quidem cum nondum peruenisset, ignorabatur, Euthymio vero arcano quodam modo aperuit Spiritus. Cum vero statim vocasset Lauram aconomum Chryspum: Sint, inquit, tibi parata que supra ad recipiendos hospites necessaria; Ecce enim simul cum fratre tuo ad nos veni etiam Patriarcha. Cum autem ipsi iam a duessent, diuiniore quidam contemplatione magnus correptus Euthymius colloquebatur & adiebat cum Anastasio, tanquam cum Patriarcha Hierosolymorum, atq; qui adiant quidem omnes admirabantur.

XXXVI EPISCOPI HIEROSOLYMITANI

Chryspus vero quos, ipse ob stupescit, & ad aurem se inclinans Euthymij: Sed non est, inquit, apud nos Patriarcha, & venerande Pater & hic autem est sacrorum vasorum custos Anastasius. Vides quisnam sit eius vestitus? ostendens tui vestes: ea autem erant splendide & sericea: quas quiescem (inquit) non est sui Hierosolymitanum Patriarcham induere. Ad imitationem enim primi eius Ecclesie Episcopi, qui iudone tantum simplici induebatur, Sancti Iacobi fratris Domini, & in ipsius Domini in eo loco crucifixi memoriam, factum est, vt Hierosolymitani Episcopi haud circumspicere vestiti incederent, sed viliori habitu, quam illius Ecclesie clerici, qui seticis etiam (vt vides) vt rebatur indumentis. Sed pergit Cyrillus: Cum aliquo autem tempore se recessisset fenestras, & reuertens ad se redisset: Sed mihi crede, sicut, inquit, hunc vidi candida veste indutum, & quali decet indui Patriarcham, & existimo me non esse deceptum. Sed quod Deus presciuit, id ad finem quoque deducit. Sunt enim eius chrysmata minime peruenienda. Ille ergo hac quidem dixit, multi audientibus; & consecutus fuit rerum euentus, haetenus de his tibi.

XXXVII

Hoc item anno, quo primus Gennadij Constantinop.

Episcopi numeratur, facta est translatio reliquarum sancte Anastasie martyris, impulsu Marciani Oeconomii Gennadio id fudente Leoni Imperatori, collocataque sunt in Ecclesia ab eodem Marciano nobiliter erecta Constantinopoli super ediculum Anastasie, ita nominatum locum illum, vbi primum hospitatus S. Gregorius Nazianzenus profertam fidem exivit, vnde Anastasie nomen accepit, id ipsi Gregorio diuino reuelante Spiritu, fore aliquid, vt edicula illa in basilicam ingentem confingeret. Haec quidem facta esse hoc anno in superiorum primo Leonis Imperatoris (vt vult Cedrenus) ideo affirmamus, quod contenti Theodori, Nicephori, & aliorum, eam translationem factam liquet sub Gennadio Patriarcha. De ipsius autem templi dedicatione agemus anno sequenti.

IESV CHRISTI Annus 459.

LEONIS PAP. LEONIS 3. IMP. MAIORIL. 3.

CHRISTI annus quadringentesimus quinqueagesimus nonus nouis aperit Consilium Quicquid atque Patriarchae Constantinopoli, presentibus Apostolica sedis legatis, exoptatum diu a Leone Imper. celebratum est Concilium, non quidem aemulicium, vt petebat, ad quod omnes conuocarentur Episcopi, sed ex proximis tantum prouincijs, Gennadio adnente Constantinopolitanae sedis Episcopo, fidei Catholice & Ecclesiasticae disciplinae acerrimo vindice atq; custode: qui inter alias deformitates cum natus esset Ecclesiam illam simoniacae lae deturpatam, ad eam penitus euellendam, alioque prauos mores extirpandos. Synodum colligi festinauit. Interfuit huic Synodo numerus septuaginta trium Episcoporum, praesentesque fuisse (vt dictum est) Apostolicae sedis legati a S. Leone missi (cum anno superiori Imperator eos expectasset) Domitianus atque Geminianus Episcopi, quos constat Constantinopoli vique ad sequentem saltem annum comoratos esse, prout licet a S. Leonis Papae ad eundem Gennadium datae declarantur.

Peruenit quidem huius Synodi Acta, vt non nisi canon vnus aduersus Simoniacos datus repetiri possit. Actum vero in ea esse de abolenda penitus Eutychniana haereti nulla potest esse dubitatio. Etenim ipse Leo Augustus eius rei causa experiret praesentiam S. Leonis Romani Pontificis: quam cum obtinere minime licuisset, vt saltem legatos e Latere ipse mitteret, exorauit: quibus missis, etiam ab eodem S. Leone non valuerit impetrare, vt euenientia Synodus haberetur, egit tamen, vt ex finitimus saltem prouincijs Concilium coereretur. Vbi autem conuenire Partes, ex more primum omnium actum esse de firmando fidei decreto in Chalcedonenis Concilio edito, quod frequentibus ictibus haereticis concutere atque penitus dissipare conabatur; recitataque ibidem fuisse omnes epistolae illas cum ab Episcopis Orientis, tum etiam a sanctissimis anachoretis confirmatas, in primis vero Romani Pontificis literas e argumentum anno superiori datas, omnes puto cognouerunt absque aliqua controuersia: cum (vt dictum est) ea potissimum ex causa haec fuerit Synodus conuocata. Sed quod ipsa Acta Synodalia, quae haec ostendunt, perire. Illud saltem vnum, quod Synodi huius fragmentum superest, recitamus, relictum tanquam fortem artem ad demolendas simoniacas molitiones: sic enim se habet, quae tunc ab eadem Synodo scripta est epistola Circularis:

Religiosissimo & sanctissimo in sacris ministris N. Gennadius, & qua in Christi amante regia ciuitate Constantinopoli coacta est sancta Synodus.

Cum Dominus & Deus Saluator noster Iesu Christus suis discipulis Euangelij predicationem credidisset, eosq; per vnuersum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset: aperte in-

fit, ut quod grati accepissent, eum quoque grati darent, non aurum vel argentum, aut alias omnino materiales & terrenas facultates pro ea acquirentes: Celsitudinem & spiritualibus donis nullam esse cum terrenis & temporalibus committendi ratio. Hoc autem proceptum non solum illis, sed etiam nobis per illos dedit, quos in illorum gradum & locum substituit dignatus est: & oportet, sicut illi tunc, nos quoque, nunc accurate & diligenter servare, nec in his, quae technas sophisticas non admittunt, uti sophisticam caliditate, nec a seculis periculosam sacere. Gratia inquit accepisti, gratia date: Non possidete ei, nec, aurum, nec, argentum in eorum vestris. Simplex est & aperta huius mandati ratio, quae nihil habet parium, nihil quod non sit facile & explicatum, nihil quod sophisticam explanatione egeat. A me inquit accepisti dignitatem sacerdotij. Si mihi pro ipso parum quid vel magnum solusisti, & hoc à me venditum est, vos quoque, ipsum aliquid vendite: si autem grati accepisti, vos quoque grati date. Quid hoc est mandati apertum? Quid autem his, qui parent, vultis? Vultis, ut verè, qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecunia dare in animum inducant: In se enim amaritudinis & praeiudicium iniquitatis & iuxta S. Petri sententiam *) à sua malicia comprehenduntur.

Vnde & sanctorum ac beatorum Patrum sancta & magna Synodus aemulica Chalcedonensis congregata huic legi Dominica conuenit canon, qui sic à nobis aperte solum verè editus est: Si quis Episcopum pecunijs ordinationem fecerit, vel non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, & pecunijs ordinaverit Episcopum, vel Corëpiscopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel aliquem eorum, qui in clerico connumerantur, vel pœnitus pronubat Oeconomum, vel Desiderum, vel Paramoniarum, vel omnino aliquem ex clero propter suam turpe lucrum: qui hoc aggressus est: committit fuerit, de proprio gradu veniat in periculum; & qui ordinatur, nihil ex ordinatione aut promotione, qua fit in ista mercatura, inuenit, sed sit alienum à dignitate, vel curacione, quam pecunijs affectus est. Si qui autem hu turpibus ac nefarijs lucris sequitur interesse apparet: in quoque sit clericus, à primo gradu excidat; si autem laicus vel monachus, anathematizetur. Quae sequuntur, tanquam Theodori verbis habent, diuerso caractere habentur exarata: sed eorumdem Patrum Constantinopolitani hoc anno congregatorum epistolae Encyclicae conuenire, neminem puro inficiaturum; quae sic se habent.

Pulcherrima & valde pia sunt huius canonis sanctorum Patrum praecepta, quae omnem inuasionem satanicam, diabolicamque, conatum, qui in donum spirituale intenditur, repellit & rescindit. Nullo enim modo vult ordinationis promotionem pecunijs aut fieri, aut suscipi, nec ab eo, qui illam exerceat, nec ab eo, qui ordinationis promotionem accipit: sed nec ante tempus ordinationis, nec post dari pecuniam concedit: omnium enim in hac quoque, re esse sordes, numerumque, corruptionem pronunciat.

Quoniam tamen ita aperte prohibuit, quidam sunt in Galataram Ecclesia deprehensi propter turpe lucrum & auaritiam hanc salutaris & humanae praecepta negligere & transgredi: ea quoque ipsa nobis renovare visum est, cum hac sancta Synodo, quae in hac regione, Noua Roma, nunc agit: ut sine omni pecunijs mentione, & omni praetextu, calidior, commento impiam hanc & odiosam, quae nescio quomodo in sanctissimas Ecclesias subit, consuetudinem omnino excindam: ut cum praeter ab his, vlla caupinatione eorum, qui ordinantur, venicatio ab Antistitibus facta fuerit: gratia Spiritus sancti superne veniat. Quibus nescio an per pecuniam promotionem facientibus, & manu non pure operante, ad eum, qui promouetur accedit, secundum vocem Euangelij, & vobis potius retrahitur gratia sancti Spiritus.

Scias ergo, o vir religiosissime, & omni ex parte sanctissime, quod quicumque huius conuictus fuerit Episcopum, vel Corëpiscopum, vel Viator, vel Presbyter, vel Diaconus, vel quicumque ex canone, vel ex laicis, communi Antistitum decreto, communi sententia condemnatus est: siue de hoc quoque sanctosum Patrum praecedens canon loquitur. Oportet enim gratiam semper esse gratiam, & argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo & ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, & anathematizatus loco subiectus, qui & se per pecuniam acquirere existimat, & qui eam pecunijs habere pollicetur, siue sit clericus, siue laicus, siue hoc facere conuincatur siue non: quia si non potest, ut conueniant quae conuenire nequeunt, nec ut Mammona Deo consentiat, vel ut qui ei seruiunt, Deo seruiant. Dominus est sententia, cui contradi non potest.

Non potest Deo seruire & Mammona. Nos in his pro viribus consulentes, & eu cedentes, cum eo, qui hoc dixit, aduersus eos, qui in hi peccant, sententiam protulimus. Tua sanctitas curam gerat, omni adhibita diligentia, ut haec per transcripta exemplaria impetentur & sanctissimi Episcopum, qui tibi subsunt, & quod vultis, & alij omnibus in vno scripta & vna anima omnes simul conscripti Christiani aduersus commune inimicum, Dei auxilio, possumus auaritia radice, qua ab illo nobis infra est: cum omnibus eorum malorum germinibus excindere. Omnia, quae tecum est in Christo, fraternitatem salutamus. Fortis existens in Christo, ora pro nobis, sanctissime frater, post epistolam haec ibidem sequuntur: Huic epistolae cum ipso Gennadio subscripserunt etiam septuaginta tres, sed ponuntur ibi Metropolitanorum Antistitum tantummodo nomina, videlicet:

- Ioannis Episcopum metropolim Heraclae.
- Anastasiu Episcopum metropolim Ancyrae.
- Eunomiu Episcopum metropolim Nicomediae.
- Petru Episcopum metropolim Nissae.

Reliquorum autem nomina desunt: at tantummodo haec sunt, quae ex nobilissima Synodo remanserunt. Ceterum excisis licet Simoniae male arboris ramis, ex occultis radicibus iterum infelices propagines pullularunt: adeo ut opus fuerit, non post multos annos, ut quos Ecclesiastica censura non teruit, Imperator in officio conuenerit: sed de his suo loco dicatur sumus.

Qui autem solertissimus fuit vna cum Catholica fide etiam Ecclesiasticam disciplinam strictam reuerentia quere, ipse Gennadius Constantinopolitanus Episcopus, haud impune fuit Ecclesiastico conculecanti canones, in quorum custodiam non Episcopos tantum & Imperatores, sed Sanctos ipsos cum Deo in caelo degentes coadiutores, & delinquentium vltiores adhibuit. Paucissima plane de his delicti exemplum à Theodoro * Lectore primū ac subinde à Nicephoro † recitatum de cleo Ecclesiae sancti Eleutherij martyris, quem cum Gennadius sepe admonuisset, ut peccatorum morum vsum relinqueret, & ministerio, cui mancipatus fuerat, & ordini, quo insignitus erat, vitam consentaneam institueret: cum verò in admonendo & corrigendo eam operam (ut dicitur) & impensam perderet; martyrem eius vel emendatorem, vel vltorem interpellauit. Res gesta describitur non solum à Theodoro Lectore, atque Nicephoro, sed à Cedreno & alijs, at copiosius à Sophronio, istis verbis primò vnde accepit, fideliter enarrantes:

Accipimus ad conuictum, quod dicitur Salama, non ab Alexandria militario distans: inuenimus, illic duos presbyteros senes, qui dixerunt nobis Constantinopolitane Ecclesiae se esse presbyteros. Narrabantque, non de beato Gennadio Constantinopolitano Patriarcha, quod fuerat iustissimus, & mundus corpore, multumque, continens. Dicebant & hoc nobis de ipso: Quod si in molestaretur à pluribus de quodam clerico nimis deuotissimo, Chasiso nomine: accessit cum Patriarcha, ipsumque emendare conatus est. Cum verò nihil increpando proficere, permissis eum cum Petra & Ecclesiastica censura flagellari. Postquam verò dedit in nulla meliorum fieri neque per verba, neque per flagella: vacabat enim homicidij & magice profectij, misso quodam Apocrypho, iussit, ut diceret sancto martyri Eleutherio (at enim lectior in ipso Oratorio Charisij) Miles tuus, sancte Dei Eleutheri, multum peccator est: aut emenda illum, aut excede. Veni igitur, Apocryphum in Oratorium, & stans ante altare, & intendens ad sepulchrum martyris, extendensque manum suam, ait martyri: Patriarcha Gennadius significat vobis, sancte Christi martyri Eleutheri, per me peccatorem; quia miles tuus multum peccat: aut emenda illum, aut percede eum. In crastinum vero mortuus inuenimus esse scelerum apocrypho Charisij Gennadi tibi.

Quod tantum pertinet ad Gennadii studium de restituenda Ecclesiastica disciplina, addit post haec Nicephorus, nunquam eum voluisse ordinare aliquem sacerdotem, qui Pylsterium David non semper haberet in ore: ut plane exegerit in clero monasticam obseruantiam.

Hoc item anno, vbi primum Episcoporum Synodus Constantinopolitana habita ad finem perducta est, ab eisdem Episcopis celebrata facta est dedicatio nobilis Ecclesie

VIII. ccedentes

IX.

e Theod. lib. 1. f Niceph. lib. 2. c. 23

e Prat. lib. 1. c. 145.

X. QUID GEN NADIVS IN CHA RIVM.

XI.

e Nicph. lib. 15. c. 23

XII. ENGENIA ANASTA IAE.

in Marciano creche, nomine Anastasie, egregij Magni illius Gregorij Nazianzeni monumenti. Motis namq; fuit celebrare Encenia tempore Synodorum, cum videlicet plurimi Episcopi convenissent in unum, prout innumera superius diversis locis exempla recitata declarant. Quæ verò acci derint in eiusmodi dedicatione basilicæ, ipsius Marciani Acta demonstrant, quæ sic se habent, post enarratam eiusdem templi amplitudinem, & sacrorum variorum eidem collatorum præstantiam.

Extant apud Sarcom. lib. 10. l. 11. 12.

XIII.

Omnibus autem convenientibus, noni quidem templi (vt par est) Encenia celebrantur & dies quoque, quæ ipsa martyri certamen consummavit, ipso, inquam, Decembri. Vocabant autem ad Encenia & fideles Imperatores, & sacrum Senatum, & omnem (vt semel dicam) civitatem. Oportebat autem, quod latebat, Marcianum eo die videri, qualis esset moribus, qualis virtute, & quantum se ultra mandata extendebat. Nam cum tota concurreret civitas, & egentes vna cum ea quodam pacto atraherentur: pauper quidam accedens ad hunc virum egregium (genim exquirunt & desicunt benignas & elementos animas, non sic ut atque bi, qui laborant, invidios) accedens ergo, respexit ad quæ dexteram, & petiit, vt acciperet aliquod medicamentum sanis. Ille autem (tunc enim nihil gestabat in sinu, sed revera habebat in intra anima sinum benignitatem multam & clementiam) cum remorsus fuisset ab omnibus, & locum aspersisset valde latentem: nullo autem alio, nisi vnicuique daretur tunica, quod quidem fuit ei tota vita familiare, vt duabus non creteret tunis: cum se habebat vir diuinus, cisi facile erat excusando gestatam, repellere supplicationem: nam quod nihil portabat, testes habebat omnia insurrentes oculos: ille, perinde ac si non daret, spera non posset, vt non Divo asserret molestiam, cum se ea ipsa, quæ sola in sinu erat, veste excussisset, dar' genti prompto & alacri animo: & de cætero habebat solam vestem sacerdotalem & penulam, quæ corpus contegebatur, quam etiam vndiquaque contrahens, capiebat, quantum super poterat, latere, & id quod factum fuerat, omnium celare oculos.

XIV.

Postquam autem fuerunt intra eadem sacram (eidem autem diuinum sacrificium celebrare iussit primus sacerdotum) ille quidem penulam similiter contraherebat & complicabat, vestes (vt diximus) etiam latere. Qui autem aderant, & vna cum ea Pontifex, cum oculos in eum decessissent, vident quoddam novum & arcana miraculum, & propemodum se solam credibile, qui ad spectarent. Vident enim in eius indurum eximia quædam veste regere, & auro nitenti intertextam, quæ tunc, etiam magis apparebat in manibus quando eos, qui accedebant, diuino corpore impertiebat: ille videtur alij quidem apud se mirabantur, alij autem alij quoque, enuntiabant, nonnulli quidem vt admirantes, nonnulli verò (vt est verisimile) ieram insidentes. Conuertam apud ipsum Pontificem Gennadium accedentes, tanquam existimantes eum nescire, quæ eum scire maxime volebant, et renuntiabant: deinde etiam ei conabantur detrabere, & mouebant calumrias aduersus boyan illam animam. Et ille se ipsum quoque, dicebat vidisse, modum autem ignorare, & se deo re vera dubitare.

XV.

Postquam autem à Marciano fuit impostus suis sacrificio, cum accessit Patriarcha, & eum, secundum conueniens, de veste reprehendit, dicens, eam magis Imperatoribus conuenire, quam sacerdotibus. Ille autem magis animi dubius, quam is, qui dubitabat, procedit ad pedes illius, & in eis multas effundens lacrymas, negabat omninè, quod dictum fuerat, & dicebat decepto fuisse oculos: Tale quid enim vel solum cogitasse, aperta est insania. Ad hæc Patriarcha (sultum quum existimabat, & à ratione aperit alienam, proprijs non credere oculis) manu propria statim tangens, relaxat ipse penulam cum veste sacerdotali, & de cætero miraculum videbatur & dicebatur: Nam illa quidem aurea quæ ante videbatur tunica, nusquam erat: nudus autem sanctus videbatur, sicut erat, excepto his indumentis sacerdotalibus. Inquam, qui verè aureo virentis tunis, quæ sub aspectum non cadunt, regitur. Hoc Pontificem quidem adducit in admirationem; in admirationem etiam adducit Imperatores, cum iam fama ad eos peruenisset: Leonem nimirum & Icenem Augustum: clarum autem erigit trophæum simul & aduersus malignam & sceleratam Eurycheti' insaniam, quæ (proph' dolor!) vsque ad id tempus defendebatur ab aliquibus. hæc ex Actis Marciani OEconomij vti sanctissimi: reliqua autem de ipso suo loco dicemus opportunè. Tali namque meruerunt nobilitari miraculo Encenia illius Anastasie, Gregorij

DE REG. TVR. MI. RAOV. LV. 7.

* Actij

olim Nazianzeni sedis, ab ipso plurimis laudibus celebrata.

Autem est etiam eodem Gennadij Episcopi tempore Constantinopolitana Ecclesia nobilissimo cœnobio monachorum Acemetarum, hoc est, Infomnium, in quo plurima multitudo habitans monachorum inges die noctuque perurgis Deo laudes offerret, tripertito tempore, & monachis sibi inuicem succedentibus. Vocati sunt iudem, Studite, à Studio viro clarissimo, qui eiusmodi monasterium exerxit; de quo ista Nicephorus: Eiusdem Gennadij Episcopatus tempore, Studium vir præclarus Roma Constantinopolim peruenit, & sancto Prætorio templam exerxit, in quod monachos ex domicilio totum, qui ad illud (vt hoc est, Infomnes dicuntur, induxit. Horum domicilium Marcellus diuinitus construxerat, in quo perpetuis carminibus nunquam non hymni canebantur, solalitate monachorum eam obrem in tres cœtus diuisa. in ea quoque mandra Ioannis Calybitæ monachum egit. hæc Nicephorus.

XVI. MONA. ST. GR. V. M. T. AR. V. M. TRACT. V. M.

10. Noeph. lib. 11. c. 21.

XVII.

Quod verò ad Studium monasterij conditorem pertinet: non solum suo ipsius clarus fuit in mne Consularis, sed maiorum suorum quoque magnitudo insignis. Temporibus namque Maioris Theodosij claruit Studium Præfectus Prætorio, quæ quem extar luculentam sancti Ambrosij epistola ad eius consultationem respondentis, quæ Opus summa religio innotescit. Porro hunc, de quo est sermo, ante quinquennium cum Aëtio Consulatum gessisset, facti produnt Consulares: eam enim nobilissimam omnium dignitate insignite voluit Studium nouam Constantinopolis coloniam Marcianus Imperator anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quarto: in Oriente quidem ipsum creatum fuisse Consulem, ex eo legitur, quod Aëtiū collegam conset esse creatum in Occidente. Diuino planè consilio accidit, vt religiofissimus Senator cum bonis suis Româ migratit Constantinopolim, ita præceptus à ventura per Wandalos inferenda Urbis capitate. Hunc quidem qui Consulatum gessit, eundem esse cum Studio, qui condidit monasterium, Suidas affirmat, cum de alto ab eo erecto edificio hæc ait: Idem Studium Principi admodum Archystrategi Natolici condidit, in qua extant versus heroici:

10. Noeph. lib. 11. c. 21.

1. Suid. in v. 10.

Studium illustrem admodum condidit, celeriterq; suorum Laborum præmium reperit, Consulares factus ad. pt. v. Ante quidem excidium Urbis per Gothos illustrium Studiorum familiam translarum Constantinopolim, inde potes intelligete, quod reperitur. Studium Præfectus Urbis Constantinopolis sub Consulatu Honorij sexto & Anuliceti, anno Domini quadringentesimo quarto. At de Studio hæc tenent: De Studitis verò monachis suo loco pluribus dicendum. Ad sextum autem Imperatoris annum illud absolutum esse cœnobium, Cedrenus habet.

1. Suid. in v. 10.

XVIII.

Cæterum quod spectat ad Acemetarum monachorum institutum, non fuit eius Marcellus auctor, sed propagator: verum Alexander Abbas, eiusdemq; Marcelli institutor religiofissimus illum cultum inuenit, prout eiusdem Marcelli Acta testantur. Incessit verò Alexandro in præfectura monasterij Ioannes Marcelli collega, cum ne crearetur Abbas, Marcellus ipse inde recessisset, sed post Ioannem præfisse cœnobio compulsum. Porro sub ipso Marcellio plura edificante monasteria, laudabile institutum illud semper Deum laudantium longè lateq; diffusum esse, eius vitæ Acte testantur.

1. Suid. in v. 10.

XIX.

Hoc eodem anno Acacius Episcopus Antiochenus, cui sedisset annum dumtaxat, ex hac vita decessit: in cuius locum subrogatus est Martyrius, de cuius sedis annis in eius obitu dictum sumus.

1. Suid. in v. 10.

MARTYRIUS. V. 10. C. 10. M. T. AR. V. M. TRACT. V. M.

XIX.

Quod autem ad huius anni res gestas in Occidente pertinet, obtrita penè esse noscuntur silentio, nisi tantum quod sub anni huius Consulibus data habetur sancti Leonis de cæteris epistola ad Episcopos Campaniæ, Sannij, atque Piceni, de seruanda antiqua traditione Ecclesiæ, vt non nisi Paschæ & Pentecostes tempore, citra necessitatem, sanctum Baptisma ministraretur, præmissis catechismis & exorcismis, ieiunijs atque alijs, quæ sacrum baptismi præcedere solent. Sed & illi etiam occurrere studeat

1. Suid. in v. 10.

1. Suid. in v. 10.

1. Suid. in v. 10.

ditur corruptela, cum prae-textu magis fructuosa penitentie confessionem peccatorum, quae solita erat esse secreta, quidam in publicam convertebant: quem primum v. sum S. Leo remouit, iubens omnino fieri eam ex more secretam. Est autem huiusmodi ipsius de confessione publica tollenda decretum:

Illam etiam contra Apostolicam regulam presumptionem, quam nuper cognouit a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constitimus submoueri (de penitentia videlicet, quae ita à Fidelibus postulat) ne de singulorum peccatorum genere libellus scripta professio publicè recitetur, idem reatus conscientiarum sufficit solis sacerdotibus indicare confessione secretà. Quamuis enim plerumque fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen qui non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea, qui penitentiam postulant, non timeant publicare, remoueat tam improbabili confiteri, ne multis à penitentia remedijs arceantur, dum aut erubescunt, aut metuant inimicis suis sua facta referare, quibus possunt legum constitutiones percelli. Sufficit enim illi confessio, quae primùm Deo offertur, cum etiam sacerdoti, qui pro de illius penitentiam precator attendit. Tunc enim de eorum plures ad penitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. haec is pie: qui dum ait, contra Apostolicam regulam ista praesumi, planè insinuat ex Apostolica traditione probatam haberi in Ecclesia secretam peccatorum confessionem. At de his superius actum est pluribus, iam transsumus ad alii frequentis res gestas.

IESU CHRISTI

Annus 460.

LEONIS PAP. LEONIS 4. IMP.
ANNUS 21. MAIORIANI 4.

I. SEXAGESIMVS supra quadringentesimum voluitur annus Domini, notatus Magni & Apollonii Consulatu. Est mentio Magni Consulis apud Gennadium, ubi agit de Fausto, atque ait: Scripsit postea ad Felitem Praefectum Praetory & Patricia dignitatu virum, filium Magni Consulis iam religiosum epistolam ad timorem Domini hortatoriam, haec ipse: at de Felice inferius.

II. Huius anni exordio Leo Augustus impulsus Synodice decretis Concilij ad finem anni superioris Constantinopolis (ut vidimus) celebrati, iam peractis Encyclicis, iussit inuaforem Ecclesiae Alexandrinae Timotheum inde eijci, dato ad hoc certo scripto ad ducem Augustalem, qui cararet exactè negotium. Sed quae de his habet Liberatus Diaconus, hic reddamus, ait enim: Scripsit Imperator Leo duci Alexandriae Styla, ut perelleret quidem ab Episcopatu omnibus modis Timotheum, antequam arietem alium duceret populi, qui Synodum vindicaret. In fione suscipit Dux Styla fecit, quae fuerant imperata. In exilio relegatur Timotheus Chersonae arctè custodi, & cum eo Petrus haereticus; & pro Proterio Timotheus cognomento Solofolus, siue Albus, Episcopus constituitur, haec Liberatus. Quae quidem primùm omnium (quod ad tempus spectat) hoc anno & non ante facta esse (ut habet Cedrenus) anno superiori) ut affirmemus, inuenit literae S. Leonis Romani Pontificis ad Leonem Imperatorem hoc anno datæ decimo quinto Kalendas Iulias, quibus vt de recenti facto gratias agit de expulso inuafore Timotheo; cum necdum creatus eius successore esse Solofolus; vt planè appareat hoc eodem anno eiectionem fuisse Timotheum, & non antè.

III. Sed in eo corrigendus est Liberatus, dum ait, eum statim relegatum esse Chersonam, vel quod scribit Cedrenus, missum in Paphlagoniam primùm; deinde verò relegatum in Chersonesum, vel (ut alij habent) in Oasim. Nam constat eiusdem sancti Leonis Romani Pontificis litteris datà die hoc anno ad Gennadium datis, eundem Timotheum permissum fuisse venire Constantinopolim sub specie quadam abdicandae haeresis, & recipiendi Chalcedonenfis Concilij: ita enim preciosa laura sese impius

per suos, quos penes Imperatorem Constantinopoli habebat, intrudere in eam v. dem conatus est, re v. tamen, vt edita professione Catholica, restitueretur in Alexandrinam Ecclesiam. De his autem cum tam Gennadius Constantinopolitanus Episcopus, quam etiam ibi adhuc ageret Apostolicæ sedis legatus Domitianus & Geminianus Episcopi reddidissent certiorum sanctum Leonem, ipse mox ad eundem Gennadium ista rescripsit:

Dilectionis tuae literis & fratrum Coepiscoporum, nostrorum Domitiani & Geminiani sermone agnouit, Timotheum, postquam Ecclesia Alexandrina civitate expulsa est, Constantinopolim (nonnulli hoc fidei aduersarij agentibus) venire permisit: vt (quantum datus intellegi) quia videretur Domini sacerdotum sententijs coarctatus, inuicem saltem ad Catholicum: si dogma conuertat; vt (tanquam propter hanc tantummodò culpam videtur eiectionem) haereticæ poruerit erroris damnato, doctrinæ Apostolicæ, vt ad Alexandrinam redeat Ecclesiam, ac quisque: cum illi, etiam si Catholicus probaretur, hoc vehementer obstitat, quod vniuerso Episcopo tanta sedis inuafor, & auctor apparuit inaudita crudelitate amissa.

Et ideo dilectio tua, sollicitudine, quâ clares, enis & elaborare debet, ne eam tam nefario homine sermo aliquis priuatum vel publicè miscatur: neque sub specie correctionis eius, quorundam conuentus probatur occasio: neque redeundi iter, cui capiat libertatem, de quo iam editus sui Princeps Christianissimus iudicatur. Omni igitur labore & circumspectione peragat vnitati Ecclesiasticae profuturum, enter, frater carissime, vt his suffragatoribus ipsius adsumatur, & Alexandrinis ex clero suo Catholicis Episcopis, secundum morem veterem per Orthodoxos Episcopos consecratur. Quia parricida ille non aliter & quis defensoribus deseruit, nisi Alexandria Ecclesia, quae Patrum honori & sua restituenda est libertati, redorem sanandū omnibus, quae male gesta sunt probatisimè fuerit consecrata. Datum XI. Kalendas Iulias. Magni & Apollonio Consulibus, per Philoxeniam Agentem in rebus. haec S. Leo: ex quibus in primis erroris redarguas, qui dixerunt Timotheum relegatum fuisse, arctaque custodia, ne effugeret, custoditum. Idem quoque die, de subrogando in locum Timothei alium Episcopum, ita scripsit ad Leonem Imperatorem:

Sigloriosam pietatis vestrae in fidei defensione propositum tantam profectus laude cupiamus, quantum arerum ipsarum magnitudo deposcit, inueniremur imparer in actione gratiarum, si nostri tantum oru angustis vniuersali Ecclesiae gaudia celebremus. Sed dignius illius remuneratio vestri assidui meritis, seruabitur, in cuius causa & speciali excellentis animo, & optato triumphati euentu gloria. Sciat igitur elementa vestra, omnes Ecclesias Dei cum laude exultare pariter & letari, quod ab Alexandria Ecclesia iugo improbus parricida dispulsus est; & populus Dei, cui predo nefarius incubabat, in antiqua fidei libertatem redactum, potest iam in salubri viam fidelium sacerdotum predicatione reuocari, cum videt omne seminare vniuersorum cum ipso anctore proiecitur. Nunc ergo quia hoc constanti proposito & magna mente persequitur, consummatio operi fidei illud adtingit, vt de Catholico illius viciatit Praefule, quod Deo placet, decernatur, qui nulla dicitur a toties impietate sit infectum aspergine; ne forte se tectum vulnus sub specie obdita cicatricis v. rescat; & plebi Christiana, quae vobis agentibus, sperat ab haereticorum peruersitate liberata est, Archidibus iterum obnoxia sit veniens.

Vides autem, venerabilis Imperator, & euidenter agnosces, quod in persona, de cuius abscissione agitur, non sola est fidei integritas inuenda: quae etiam si viliu correctionis in professioe iniqui purgari & in integrum valeret qualibet condicione restitui, nequaquam tamen quae fidele eruentis, commissi sunt, possunt probabilem verborum protestationibus aboleri: quia in Pontifice debet (maximè tamen tanta Ecclesia sacerdoti) non sufficit sanctitas & sermo laborum: & nihil prodest, si Deum voce predicatur, & mens impietate conuincitur. De alio v. tam per Apostolum sanctum Spiritus loquitur: Habentis speciem pietatis, virtutem autem eius adnoquant. Et: utrum alibus: Deum profitentur se scire, factis autem non quæ. Vnde cum in omni Ecclesia membro & integritas fidei veritas & honorum operum pietas inuenditur, quanto magis in summo Pontifice debet v. tr. a quoque praecedere, quae alterum finitro non potest cum Christi corpore compaginari: Nec necesse est quæ omnia, quae Timotheum excedit, factum, enarrare v. eum

LEONIS PAP. 21. MAIORIANI 4. IMP.

V. DE FELITIMO TIMOTHEO ET CREANDONO NOVO EPISCOPO ALEXANDRINO AGENTEM

c. Leo. ep. 99. V. 2. LEONIS PAP. AD LEONEM IMP.

VII. EXCIV. DENOVI. TIMOTH. ASP. CYPR. RAND. 393.

2. Tim. 3. Tit. 1.

